

effectus signatur à Ctesia, in Persis, n. 37. ex quo Plinius Magta irridens, lib. 26. cap. 4. ait: Latacem dari solitam à Persarum Rege legatis; ut quocumque venissent, omnium rerum copia abundarent; ac multa similia. Ubi nam ista fuere, cum Cimbrî Teutonique terribili Marte ulularent, aut cum Lucullus tot Reges Magorum paucis legionibus sterneret? Cur Hercule Casaris miles ad Pharsaliam famem sensit; si abundantia omnis contingere, unius herba felicitate poterat? Subdit Dalecamp. hic: Unde Romanis Ducibus cura, ne militi commeatibus deesset; cum Latacem habere possent à Persis? Meminit etiam Kircher. Tom. 2. p. 2. Oedip. Egypt. cap. 3. Totum, si aliquid, ex arte dæmonum.

25 Inter Egyptios statua dicata Regi illorum Rhampliniti, seu Rhampliniti. K. Egypt. de ejus ludis cum Cercere, quando descendebat in infernum, tuncque feriis celebratis à Sacerdotibus, & quo ritu; diximus, die 1. n. 18. Ampliora, magis in risum & fabulam, quam ad historiam, in sua refert Herodotus, lib. 2. à num. 36. Protei regnum (inquit) suscepit Rhamplinitis, qui memoriam sui reliquit vestibula; ab occasu spectantia templum Vulcani; & e regione vestibulorum statuit duo simulacra quinquam & vicentium cubitorum longitudinis; & qua vocavit Æstatem & Hyemem. Huic Regi ingentem etiam pecuniarum vim fuisse, quam nemo Regum qui deinceps scripti sunt, superare potuerit, ac ne proximè quidem accedere. Cum in tuto eam pecuniam collocare vellet, ædificium extruxit lapideum; cuius parietum unus in exteriorum adium partem pertingebat; sed structorem insidiantem hoc fuisse machinatum: unum scilicet lapidem ita extruxit; ut è pariete facile tolli à duobus viris, atque adeo ab uno posset. Ædificio absoluto, Regem in eo pecuniam reposuisse. Interjecto tempore, structorem illum, cum esset viâ excessivus, vocasse ad se filios, eisque narraffe (ut affluenter vitam degere) astute adificasse Regis ararium. Denique omnia illis exposuisse, mensurasque ad lapidem amovendum, docuisse, ac dixisse, illos hac ob servantes, regij ararij quastores fore. Patre vitâ sancto, haud in longum filios rem distulisse: noctu enim ad regiam accedentes, lapidem adificij inventum amorisse, multumque pecunia expilasse, &c.

26 Fusè refert alia embolia, nimirum Rhamplinitem furtum cognovisse, & ut latrones caperet, armasse decipulas, quas unus è fratribus captus; qui ne cognoscere tur socium jussit sibi caput abscondere. Factum est, sed Rhamplinitis inventum cor-

pus (& integrum ædificium) capite dimittuto, è muro suspendi præcepit. Mater detruncati agrè dedecus tulit: alterique filio dixit; ni afferret illi cadaver ad sepeliendum, Regi cuncta indicaturam. Aliud commentum, ne pateret facinus, machinatus est filius superstes: custodes igitur vino abundantanti, quasi casu occurrens, inebriavit; illisque temulentis, cadaver sustulit, matrique in sepulturam obtulit. Tabescebat Rex, acerbè ferens, & delegit prostituere filiam; ut posset scire, quis tam ingeniosus esset. Narravit facta adolescentens: & cum in mutuum amoris, fidem, illa petijisset manum; cautus qui accesserat, manum mortui in tenebris exhibuit, fugitque, muliere delusa. Postquam hæc renunciata sunt Regi (subdit Herodot. n. 37.) stuporem incussisse tum audaciam, cum astuciam hominis. Ad extremum dimissis per omnes urbes nuncijs; Regem edixisse, non solum veniam, sed etiam magna munera manere suam; si in conspectum ipsius veniret. Ita suam, fide habitâ, ad eum venisse, eique Rhamplinitum, magnâ viri admiratione ductum, filiam suam collocasse, tanquam ex omnibus mortalibus plurima scienti. Hæc præclara singularia gesta propria Mercurij, vel Autolici; signandaque historiæ equitum volaticorum.

27 A Reulnero in K. V. R. signatur reditus Thesei è Candia in Athenarum urbem. Unde inquit: Athenis in Memoriam Thesei, puellarum pompa, supplicatum ducta. Diximus, die 6. à n. 29. Post victoriam Xerxis ad Thermopylas partam (ut nonnullis placet, die 3. hujus mensis, de qua n. 32.) Rex inflatus, & amens ad Sacra etiam est ausus. Xerxes (ait Diodor. Sicul. lib. 11. n. 249.) à Thermopylis digressus, per Phocensium fines iter facit. Parti copiarum inter Dorientes relicta, mandat, ut Delphos invadant, & incenso Apollinis templo, sacras ibi opes exspolient: ipse interim cum reliquorum Barbarorum exercitu in Bootiam progressus, castrametatur. Missi verò ad Oraculi directionem, usque ad Minerva templum processere. Ibi ex improvisò repente magna vis imbrium ex aere decidit cum immani fulminum crebrorum procella, & abscissa tempestate rupes in Barbarorum exercitu stragem edidit: quo Deum portento exsternati Persa concitata inde fugâ se proripiunt. Divina itaque providentiâ factum est, ut vaticinij in Delphis sedes direptionem tum effugeret: quapropter ad Minerva sanum erecto trophæo, in eo scripta Barbarorum fuga, & portentosa procella. Ante prælium ad Salaminam refert sacrilegium Justinus, Histor. lib.

Statua Rhampliniti

Quis, & ejus gesta?

libro

capitulum

capitulum

Pompa puellarum Atheniensium

Xerxes jubet expilare templum Delphicum

Fulminibus prostrantur ministri missi

lib. 2. Ante navalis prælij congressionem (infirmit) miserat Xerxes quatuor millia armatorum Delphos, ad templum Appollinis diripiendum, profusus quasi non cum Græcia tantum, sed cum Dijs immortalibus bellum gereret: qua manus tora imbribus & fulminibus deleta est; ut intelligeret, quam nulla essent hominum adversus Deos vires.

28 Herodotus narrat historiam ab ovo. Ad templum quod est Delphis, processerunt, ut direpto templo, pecunias repræsentarent Xerxi regi, qui omnia qua in eo templo erant memoratâ digna, melius noverat, quam qua in adibus suis reliquerat. De donarijs interrogarunt, maxime oblatis à Croëto: tuncque Delphi Apollinem interrogarunt, nunquid sacram supellectilem alio transportarent, vel humi defoderent? Quibus dixit Apollo: se sufficere ad res suas tuandas. Cives (exceptis 60.) fugerunt, vaticinatorque vidit ante delubrum sacra arma prolata è conclavi, qua fas non erat, à mortalibus educi. Ut ergo Barbari pervenerunt ad Minervæ sanum, quod est ante templum; tunc majora, quam superius prodigia, repræsentata sunt. Res valde miranda (inquit Herodot. lib. 8. n. 11.) Arma Martia sua sponte extra delubrum apparuerunt: interea è celo fulmina in Barbaros deciderunt, & à Parnasso duo abscissi vertices, magno cum fragore sunt devoluti, permultosque eorum intercepterunt; atque ex ipso sacello Minerva vociferatio, sibilatio, jubilatioque extiterunt: quibus omnibus pariter ingruentibus, terror incussus est Barbaris, ut fuga se mandarent. Ea re cognita Delphi descendentes magnam eorum stragem edidit. Alia præterea miracula visa, duos scilicet armatos humanâ naturâ augustiores instruisse sibi, cadem facientes atque insipientes. Hos autem duos, Delphi ajunt, indigenas Heroas esse, Phylacon & Autonoum, quorum sana visuntur. Saxa autem qua à Parnasso deciderunt, adhuc ad nostram usque memoriam integra extant in fano Minervæ locata, ad quod per Barbaros devoluta pervenerunt: & tunc receptus à templo horum virorum fuit. Vide ex Justino, 25. Januar. à n. 13. Minime vel cum his portentis cessit Xerxes avaritia: post cladem illius ad Salaminam, de qua, die 16. à n. 17. in Persis ait Ctesias, pag. 742. Xerxes cum in Asiam trajecisset, & Sardis proficisceretur, misit Megabyzum, ut templum Delphicum diriperet: illoque id suscipere recusante; Mataras eunuchus injuriam Apollini illaturus, unaque direpturus mittitur. His confectis itaque rebus, ad Xerxem reversus est. Persarum Regibus adoratione Numinum infatu-

In defensionem templi, arma sibi recondita ante delubrum visibilia

Alia portenta

Tandem Xerxes templum expoliavit

tuatis, nonnunquam sibi visum, ultra & plus posse, quam Numina.

DIES IX. MARTIJ.

1 Grad. 19. Piscium, in quo juxta Auster, Piscisque in tergo manè incipit occurrari. Vid. pridie. Cornu Arietis oritur manè. Alsted. d. Juxta Firmici placitum, qui sub hoc gradu, erunt advocati, affluentia docti sermonis perspicui. Erunt in regia, multa imperantes gravitate & honestâ conversatione, à cunctis dilecti. Piscis in tergo, id est, stella in tergo Piscis: de qua Pontan. 4. Uran.

Irradiat post sub Phrygiæ momenta ministri, Stella nitens; qua justum animis rectumque probumque suadeat, & magnos olim promittat honores, Quæ populos late subdat, quæ regna merenti decernat, solisque decus sublime superbi, &c. Vir gladio se transverberans. Sphær. Arab.

2 A Moyse Pharaoni rebeli denunciatur plaga 10. qui ita successit, ut à se expelleret Moysem sub poena capitis. Peres. disputat. 12. n. 69. ex Exod. 11. à 1. & Joseph. 2. Antiq. cap. 5. Simul Moyse populum monet de accipiendis mutuo ab Agyptijs valis aureis & argenteis. Ibid. v. 2. Leon. Mar. & Adrichom. Anno seq. oblatio Abidam pro tribu Benjamin, eisdem donis ac reliqui Principes in dedicatione Tabernaculi. Numer. 7. 60. Post mortem filiorum Aaron propter ignem alienum fulminantur leges præscriptæ Levitic. à cap. 11. usque in 22. Adrich. Ann. 2454. & etiam infuturo festorum in Israël, de quibus suis in loc. Idem ibid. ex cap. 23. de festo expiationis ita censet Alapid. in Levit. 16. 1. Describetur cultus & pervigilium 9. & 10. Septembris. Intuitus hujus festivitatis fuit in memoriam Dei condonationis precibus Moyse, qui tunc ferens gloriosè secundas tabulas, denunciatis populo Deum propitium ac placatum ab ira concepta propter Vituli adorationem; in priscam fidem & amorem constituit populum.

3 Abitus ad Jordanem hodie signatur à Serario in 6. Josue, quæst. 31. quod etiam præmisit in cap. 2. quæst. 5. & in cap. 3. quæst. 2. Si die 10. transierunt Jordanem, in cuius ripa per tres dies morati sunt, ut dicitur cap. 3. 1. & 5. & videbimus ex ipsius sententia postredie n. 4. quomodo hodie abitus ad Jordanis ripam? Dicitur, juxta Jordanem vi-

VII. Id.

Pontan.

Denunciatur plaga decima

Causa festi Expiationis

Abitus ad Jordanem

duo castra posuisse, sed die tertio ad Jordanem, proximiores ut essent ad transitum, castrametati sunt. Aliter ipse viderit. Etiam singulari sententia est Tornielli, *Annal. sacr. ann. 2584. n. 10. & 11.* asserentis die nono filios Israël transisse Jordanem, ita ut nocte illa requiescerent in ulteriore fluminis ripa, & mane facto procederent in Galgala; eo quod *cap. 4. 19.* dicatur: *Populus ascendit de Jordane 10. die mensis primi, & castrametati sunt in Galgalis:* quasi eodem die nequirent flumen transire, & in Galgali progredi; cum sex milliaribus Galgal tantum distet à Jordane. *Adrich. in Benjam. n. 71. & Hieronym. in Loc. Hebraic. Tunc illis ingredientibus terram promissam cognoverunt Israëlita in signe miraculum,* ut ait *Maluend. in Deuter. 8. 4.* quod eis objecerat Moyses in stuporem, *ibid. 29. 5.* Adduxit 40. annis per desertum: non sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamenta pedum vestrorum verustate consumpta sunt. Vestes & calceamenta quæ primùm aptata pedibus vel corpori supernaturaliter non solum non attrita, sed crevisse cum corporibus jurè astruit *Abulensis hic, quidquid dicat Alapid. Meminit Eldras lib. 2. cap. 9. 21.* Sequitur *Abulens. Leon. Mar. in Deuter. 8. 4.* additque miraculum, quod non solum in exitu ex Ægypto, nullus in tribubus eorum esset infirmus; sed etiam per totos 40. annos, nisi qui deliquerunt: mortui quidem & divinis plagis & naturali morte. Eadem mirabilia astruit *Bonfrer. loc. cit. Deuter.*

4 Ant. Fonseca in *Annotat. marginal. in Cajetan. cap. 29. Deuter. v. 5.* inquit: *Adjungit his beneficijs Propheta in Psalmis, quod non erat in tribubus eorum infirmus. Unde suspicari potest, omnem illam multitudinem & praxam generationem morte violenta interiisse. Nescio unde suspicari potest. Verum sanè quod ibid. astruit: Non præmittendum puto, quod cum tot annis filij Israël in deserto vagati sint, ubi incredibilis est arenarum copia, ita ut ventorum vi agitata, ad modum marina aqua tumultuentur; hac tamen peste nullos Israëlitarum perisse legimus: cum tamen multa hominum atque camelorum agmina arenarum multitudine in hoc deserto operiantur; in quo certè nobis admiranda divina virtus proponitur. Sanctes Pagnin. loc. cit. asserit, non solum crevisse vestimenta, ita ut nonnunquam essent integra & lucida; sed etiam adque ulla macula: quandoquidem calceamenta nunquam vel in itinere pulvere conspersa sint, vel luto infecta. Vid. *Bonfrer. d. Aliud miraculum (nescio an ab alio ob-**

servatum) subit mentem, nimirum nullum ex illis occisum in pugna, quæ nutu Dei fieret, occisus ex hostibus, innumeris viris; nisi in aliquibus præcesserit peccatum: patet *Josue, 7. à 4. & Numer. 14. 14. 40. 21. à 1.*

5 Eldras cum reverti volentes in patriam congregasset ad Euphratem; indixit triduanum Jejunium, ut Deus sine externo Ethnicorum auxilio feliciter perduceret Hierosolyma: post illudque iter aggressi d. 12. uti videbimus, *n. 3. ex 1. Esdr. 8. 21. Joseph. 11. Antiq. cap. 5. & Adrich. in Chronic. In itinere, ne caderet inter Judæos religio, vel ut floreret denuò zelo fervido Eldræ, cum pervenisset in terra Sennar ædificavit ibi Synagogam. Idemque fecit perveniens in Haram; ait *Benjamin. in Itinerar. à pag. 57.* qui addit: *Is locus in quo Abraham patris nostri fuerat, nullum ædificium continet: ab Ismaëlitis vero religiose colitur, ab eisdemque precum fundendarum causa frequentatur. Mors Onie viri pij ante Pascha bello civili inter Hyrcanum & Aristobulum signatur à Reuclino. Refert articulum Joseph. 14. Antiq. cap. 3. Quidam autem Onias (inquit) vir justus & Deo charus, qui aliquando siccitatis tempore impetraverat pijs precibus pluviam; tunc in latebras se abdidit, civile bellum presertiens. Hunc in castra adductum Judæi rogabant, ut quemadmodum olim sterilitati attulerat remedium; ita tunc devoraret diris Aristobulum, & quotquot ejus factionem sequebantur. Id cum diu recusans cogere turba, stans in medio eorum, sic precatus est: Deus universi hujus mundi Rex, quoniam & hi qui mecum stant, tuus sunt populus, & qui oppugnantur, tui sacerdotes sunt; precor, ut neque hos contra illos orantes exaudias. Post hæc vota, circumsteterunt eum quidam ex Judæis, viri perdiri, & obruerunt lapidibus. Vid. d. 14. n. 6.**

6 Christus ann. 31. ante Pascha 2. in Synagoga arefactam hominis manum pristino vigori restituit. Pharisei & Herodiani, quasi legem solveret, in necem ejus conspirant. *ex Marc. 3. à v. 6. Marian. n. 10.* Ut hæc & alia perspicujus intelligantur, notandum est *ex Haymo 1. cap. 12. & Euseb. etiam 1. cap. 12.* quod à Christi baptismate usque in ejus mortem intercesserint quinque Paschata. Primum, post susceptum baptismum & jejunium consummatum. Secundum, postquam aquam vino mutavit. *Joann. 2. 13.* Tertium, cum languidum ad Probaticam erexit. *Ibid. 5. 1.* Quartum, dum in deserto pavit quinque hominum millia. *At Joannes; 6. 4.* dicit: *Erat proximum Pascha,*

Nec mors in pugna.

Jejunium captivorum ducit Esdra.

Domus Abrahæ in Haran.

Mors Onie viri Hierosolymiani.

Christi gesta.

Transitus. BI. IIV

Quenam miracula continua in Israel per 40. annos?

Vestimenta illæsa.

Nullus infirmus.

Nulla in levi arena motio.

Nec in calceamentis pulvis, aut lutum.

seba, dies festus Judæorum. Quintum, cum ipse occisus est. *Joann. 13. 1.* Quatuor signat *Petr. Alexandr. in Chronic. pag. 505.* Astipulatur *Marian. quem sequitur Alapide, in Chronotax. à n. 13.*

7 Romæ Arma mota, id est, *Ancilia. Beyerlink. Fallitur. Vidimus die 1. à n. 11. & illorum lustrationem die 19. n. 23.* Videtur *Hemelar. de Numism. aureis, fol. 71.* Eodem die *Fortuna Prospera, seu Felici* dicata est ædes, simulque *Matutæ à Servio Tullo. K. V. Rom. Articulum causamque refert Marlian. Topograph. Rom. cap. 56. ac in Epitom. lib. 4. cap. 7. Fortuna Prospera (inquit) & Matuta gdes sacras in foro Boario constituit Serv. Tullus. Prosperam inde appellavit, quod in se ipso caca non fuisset, ut ait Ovidius:*

Caca in hoc uno, non fuit illa viro.

Ovid. *Eo autem in loco mel ex olea fluxisse tenet fama: aruspiceque dixisse, summa nobilitate illas sortes futuras (de Fortunæ sortibus, diximus, 1. Januar. num. 17.) eorumque jussu ex illa olea arcem esse factam, eaque conditas sortes, quæ Fortuna monitu pueri manu miscerantur, atque educantur. Plutarch. in Problem. scribit, Serv. Tullum omnes actus Fortunæ ad-*

scripsisse, a qua sublevatus fuerat ex ancilla mare ad regnum: hinc *Fortuna Primigenia & Mascula* templa erexisse: aliud *Fortunæ Conventus*, aliud *bonæ Sperantis*: aliud *Fortunæ Videns*; quasi ea nos procul capiamur, negotijs aut rebus inhereamus. *Construxit etiam Fortuna Parva templum; quasi docens homines, diligenter attendere, ne ea qua occurrunt quasi parva, contemnerent. Aptius, ut signaret ad regnum provectum ex fortuna parva. In Problem. n. 36. inquit: Cur inter ea quæ Eji sunt dedicata, Romani nominant Fenestram, juxta quam Fortunæ cubile? An quo Servius Tullus, qui Rex fuit fortunatissimus, consuetudinem cum Fortuna, que ad eum veniret per fenestram habuisse existimatus est? Hæc fabula est: sed cum Rege defuncto Prisco Tarquinio uxor ejus Tanaquil, que femina cordata & regalis erat, ex fenestra prospiciens, civis est affata, persuasitque eis, ut Regem dicerent Servium; inde locus hic appellationem invenit. De Fortuna Primigenia agendum, 25. Maij.*

8 Ex Livio quò dudum *Marlian. pro-* dit: *In Urbe duos aditus nunciasse, alterum in ade Fortuna anguem jubatum à compluribus visum esse: alterum in ade Primigenia Fortunæ, quæ in colle erat; duo diversa prodigia, palmam in area natam, & sanguine interdictum fuisse. Martij gdes refecta prius à Servio Tullo, Tom. 1. Ephem.]*

Ædes Fortuna Prosperæ & Matutæ.

Ovid. Eorum sortes.

Fortuna Primigenia, Mascula, Conventus, Sperans, Videns, Parva.

Fortune fenestra.

Templa exiata.

longo tempore post à *Camillo* fuit dedicata, qui bello Vejentium eam voverat. *Utriusque autem Dies festum eodem celebratur die, eodem etiam incendio utraque ades exhausta est. Alia est præ Prospera, Fortuna Felix, que decorata templo insigni & singulari à Nerone, loco quò pridem Fortuna Muliebris: de quo 14. Jul. & 31. Octobr.*

9 Anno V. C. 681. à collega *Perpenna Sertorius* caditur, quod haud perpetrare valuit *Q. Cæcilius Metellus* nec per insidias (ut refert *Plutarch. in Sertor.*) promittens interfectori centum argenti talenta, & viginti millia jugerum agri. *Ibid. Sertorius* ergo de illo & *Pompejo*, quos sepe vicit, dicere solebat, & animum & puerulum Romanam remissurum verberibus emendatos, quia jactabundi. *Roman fugit ob Syllæ sanguinolentiam, & proscriptionem, desperatis rebus Marianis. Exul & profugus feralis illius tabule vir summe quidem, sed calamitosus virum, malis suis maria terrasque permiscuit. L. Florus, 3. cap. 22. & Salust. 9. cap. 22.* Pervenit in Hispaniam, à qua per *C. Annium* pulsus, trajecit in Africam. *Salian. Ann. 664.* ubi cuncta lustranti *Antei* sepulchrum demonstrarunt indigenæ. *Ibi Antei sepulchrum. Sertorius barbaris tantam corporis molem perhibentibus cum sciam non haberet; effosso monumento, corpus sexaginta cubitorum inveniens, obstupuit, bestiaque mactata sepulchrum instauravit, honoresque & famam Antei auxit. Plutarch. d. Tunc à *Lutitanis* revocatus, ad eos se contulit; statimque creatus plena cum potestate imperator, vicinam Hispaniam in suam dominationem redegit, ultrò se ei adiungentibus plerisque, quos calliditate traxit, maxime *hinnulo*, ex toto qui albus, à venatoribus captus, matre fugiente. *Progreffu* temporis, ita cicurem & sui amantem fecit; ut & vocantis vocem sentiret, & iret una quò duceret. Unde divinitatem ei commentus, cervam à *Diana* sibi dono datam, multasque res occultas sibi per illam indicari, dixit: & auxit opinionem astu ingeniosiore: etenim secreto sciens hostium proposita, per cervam in somnis *Dianam* sibi locutam, assererat: cervam verò coronatam à *Diva* dicitabat, quando à suis per nuncios partam victoriam sciebat, uti signo fausti nunciij: quo quidem callidè milites seducebat in admirationem, successibus percitos: maxime cum per aliquot dies strepitu armorum cervam in desertum fugiens, post coram *Sertorij* tribunal apparuerit, ad illum accederet penes auriculam lambens: ex quo in stuporem milites ducti, aliquid suggestisse cõ-*

Sertorius caditur.

Sepulchrum Antei.

Cervam Sertorij.